



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 32. Solemnis Poli ingressus in Londinensem Urbem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

cedebant vero Pembruchius, & Westmorlandiæ Comites, qui duos gladios evaginos gestabant, eosque sequebantur Arundelius, & Schresburiensis Comites duo diademata præferentes. Porro in hisce comitiis Rex, atque Regina sententiam de Polo pristinis honoribus restituendo ratam habebant, nam pronuntiabant Senatores, quod Polus non aliam ob causam fuisset Regno proscribitus, nisi quod Henrici VIII. a Catharina legitima uxore sua divortium nunquam suo consensu approbare voluerit, cum ergo utriusque Curia Patres de hujus Cardinalis integritate plene convicti essent, ac aliunde constaret, quod ipse hac in occasione sola Religione ductus Regi obstitisset, de cetero autem plurimis, iisque omnino raris virtutum prærogativis insignis esset, hinc Patres habita meritorum, quibus is clarebat, ratione damnationis sententiam olim in eum latam revocarint.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1554.

§. XXXII.

*Solcmnis Poli ingressus in Londinensem Urbem.*

Polus die vigesima quarta ejusdem Mensis Novembris Londinum venit, & quamvis ejus ingressus lemni pompa haud celebraretur, ni-

Burnet hist.

ref. tom. 2.

p. 437.

Thuan.

Sleid. l. c.

Ciacon. t. 3.

hilo-p. 632.

Sæcul XVI.  
A.C. 1554.

hilominus argentea Crux, quæ Legationis Apostolicæ insigne est, ei præferebatur. Ibant eidem obviam Gardinerus Regni Cancellarius cum plerisque Proceribus, qui de navigio egredientem excipiebant, imo ipsemet Rex Philippus, qui cum Maria Regina adhuc ad mensam sedebat, comperto ejus adventu mox surgens adventanti obviam processit: Regina vero in summitate scalarum subsistens eundem recepit, ac summam animi sui voluptatem, & lætitiâ testata fuit. Biduo post Cardinalis regem adiit, ut de legationis suæ causâ cum eo conferret, ac extensæ suæ potestatis diploma tam Regi, quam Reginae exhiberet. Postea eisdem fasciculum Roma allatum tradebat, in quo mandatorum amplificatio ab ipsis tam avidè expetita continebatur, quâ etiam occasione Rex æque, ac Regina prolixo admodum sermone cum Cardinale agebant de rationibus, quibus regnum ad Ecclesiæ unitatem revocaretur: absoluto autem hoc colloquio Polus in pleno Procerum Senatu comparens coram utraque Curia præsentibus Rege, ac Regina legationis suæ causam exposuit, affirmans, quod eo duntaxat fine advenisset, ut tot perditas oves ad ovile Christi, a quo aberrarunt, reduceret, cum Pontifex,

tifex, qui supremi Pastoris vices in Sæcul. XVI.  
 terris gerit, omnes in sinum suum re- A. C. 1554.  
 cipere paratus sit, quibus præmissis  
 Anglos hortabatur, ut tempus adeo  
 acceptabile, faustumque in rem suam  
 vertere vellent.

## §. XXXIII.

*Senatus Regnum Sedi Apostolicæ re-  
conciliari efflagitans.*

Die vigesima nona ejusdem Mensis Barnet.  
 utriusque Curix Patres rursus con- p. 439.  
 gregati Philippo, ac Mariæ libellum Sleid.  
 supplicem porrigebant, quo universi p. 903.  
 cum summa animi submissione decla-  
 rabant, quod suæ ab Ecclesia defectio-  
 nis, ac schismatis, nec non factæ a  
 Sedis Apostolicæ unitate digressionis  
 eos sincere pœniteat, ac proin, ut  
 veræ pœnitentiæ suæ specimina ede-  
 rent, parati sint rejicere leges omnes,  
 quæ contra Pontificem latæ fuerunt,  
 easque, quantum in ipsis esset, abro-  
 gare, ac Reges, quos Deus ab hac  
 labe puros conservavit, enixe preca-  
 rentur, ut veniam sibi per ejus Lega-  
 tum impetrarent, atque ejus beneficio  
 in gremium Ecclesiæ tanquam filii re-  
 ciperentur, & ejusdem corporis mem-  
 bra prius divulsa agglutinarentur.

Cum vero Polus secessisset, ut cum  
 majori libertate hac super re deliberari  
 D 4 posset.